

lium notionum propositionumque vis huic fini
 inferviens, *Sect. 11.* Actuumque in nosmet refle-
 xorum indigatur. *Sect. 12.* Deinde ad corporis
 humani considerationem tranſimus, & oftendi-
 mus eſſe aliquid quod ſuadeat ut Commune Bo-
 num noſtrumque ei ſubordinatè quæramus;
 quoniam Corpora noſtra naturaliter partes ſunt
 Systematis Mundarii à primo Motore perpetuo
 pendentiſ, cujuſque omnes partes mutuis mor-
 tibus neceſſariò implicantur, aliæque aliis ſubor-
 dinantur ad Totius conſervationem, *Sect. 16. 20.*
 Animalia ſunt aliis hominibus congenera, adeo-
 que pariter limitatos habent ſe ſe conſervandi
 appetitus, qui facilè conſiſtunt cum permiſſio-
 ne conſervationis ſimilium, §. 17. Quin etiam
 ſimilitudo phantaſmatum quibus ejuſdem gene-
 ris animalia repræſentantur diſponit ad effectus
 ſimiles iis quibus feruntur animalia in ſuam con-
 ſervationem. §. 18. Ipſe porro Amor erga con-
 genera animalia jucundus eſt affectus, ideoque
 ejus exercitium cum *Φιλαντία* animalium con-
 junctiſſimum eſt. §. 19. Tandem idem è natu-
 rali earum propenſione ad prolem generandam
 & educandam. *Sect. 20, 21.* Objectiones Hobbii
 in argumentum à conſociatione aliorum anima-
 lium ſolvuntur, & ex omnes in ipſum retorquen-
 tur. *Sect. 22.* Denique idem probatur ex quæ
 corpori humano peculiaria ſunt, qualia ſunt ad-
 jumenta aliquot phantaſiæ & memoriæ, adeo-
 que prudentiæ. Hic conſiderantur Cerebrum
 pro mole corporis multò majus quàm in aliis a-
 nimalibus: Sanguinis inſuper Spirituumque
 major copia, defæcatio & vigor; Ætas etiam lon-
 gior.